## CAP. VI.
### *Triumviratus.*

QUum solus etiam gravis paci, gravis Reipublicæ esset Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit. Quid? contra duos exer- 1

VARIORUM.

EXponunt hoc capite eorentes Livius, lib. 119, & 120: Plut. Antonio, cap. 24. Bruto, cap. 59. Cicerone, cap. 67: Appianus de bell. civ. lib. 3, & 4: Sueton. Aug. cap. 12, 13, & 27: Eutrop. 7, 1: Oros. 6, 16: Meminerunt Plinius, 7, 45: & Solinus, cap. 3. *Camers.*




Lepidus accessit] *En hujus vultum, e nummo Æmiliæ gentis apud* Ursinum, Patinum, *(cujus* Observata in Rom. Familias nova *mihi grati sunt commissa)* Vaillantium.

FREINSHEMII.

1. *QUid contra duos ex. nec. fuit,* &c.] Non intelligo quid sit contra duos exercitus venire in societatem fœderis. legebam aliquando, *contracto exercitu*, ut voluerit Florus, Lepidum novo exercitu contracto venisse in societatem Antonii & Cæsaris. Rutil. in Itin. 1, 301. de Lepido:

*Qui libertatem Mutinensi Marte receptam*
*Obruit auxiliis, urbe pavente, novis.*

Sed jam damno; non tamen ut sciam quid in ejus locum reponendum sit, nisi forte *quid* in *cui* reformandam: ut sensus sit, duobus ex diversa parte exercitibus stantibus, necesse fuisse Lepido, utpote debiliori, venire in societatem. quo sensu Velleius, 2, 66, 1. *repugnante Cæsare, sed frustra, adversus duos.* aut legendum *contrariis exercitus*, ut indigitetur, eos